

**Dissertatio medica inauguralis, de variolis ... / eruditorum examini subjcit
Johannes Franciscus Coindet.**

Contributors

Coindet, Jean François, 1774-1834.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Typis Georgii Mudie et Filii, 1797.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/khuxwyr>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

13


Tracts ~~B~~ A. 170

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VARIOLIS.



DISSERTATIO MEDICA

V. A. N. O. L. I. S.

DISSERTATIO MEDICA

D. GEORGI WILHELMI SARTI
IN ADQUEALIS

V. A. N. O. L. I. S.

JOHANNES FRANKLINUS CANDID.

FRANKLINUS

FRANKLINUS

FRANKLINUS

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,

DE
VARIOLIS;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOHANNES FRANCISCUS COINDET,
GENEVENSIS;

SOC. HONOR. ET PRÆS. ANN. SOC. REG. PHYS. EDIN.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO.

TYPIS GEORGII MUDIE ET FILII.

1797.

87C

DISSERTATIONES MEDICAE

IN ACADEMIA

JACOBO LIPSON M.D.

DE

...

GEORGE BAIRD & CO.

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

JACOBO HOME, M. D.

HOC OPUSCULUM,

OB

MULTA BENEFICIA,

QUIBUS

ILLUM DIGNATUS EST,

OBSERVANTIA QUA PAR EST

OFFERT

AUCTOR.

PAINTED

OPTIMO BENEFICISSIMO

JOHANNI JACOBO COINDET

JACOBO THOMAS M. D.

DE DENTIBUS SIVE FASCIS TERRAE

IN REGNO GIBUTINIS, GILATA

ALBAE DITTE LIBANO

JOHANNI FRANCISCO COINDET

ANNO 1788

IN M. DICEM. 1788

STUDIO R. M. F. M. T. I. A. R.

JOHANNES FRANCISUS COINDET

ALBAE

PATRI SUO,
OPTIMO BENIGNISSIMO
JOHANNI JACOBO COINDET.

UT PIGNUS GRATI ANIMI
OB BENEFICIA MULTA, MAGNA, VERE PATERNA,
IN EUM A TENERIS ANNIS COLLATA.

NECNON
PATRUO DILECTISSIMO,
PRÆSTANTISSIMO
JOHANNI FRANCISCO COINDET,

OB
AMICITIAM VERAM, OPTIMA CONSILIA,
EXEMPLO DIGNO SEQUI,

HAS
STUDIORUM PRIMITIAS,

OBSERVANTIÆ SIGNUM

DAT, DICAT, CONSECRATQUE,
JOHANNES FRANCISCUS COINDET.

Faint mirrored text at the top of the page.

Faint mirrored text below the top section.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text in the middle section.

Faint mirrored text below the middle section.

Faint mirrored text, possibly a date or location.

Faint mirrored text, possibly a name.

Faint mirrored text, possibly a name.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text in the lower middle section.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text, possibly a name.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

Faint mirrored text, possibly a name or title.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VARIOLIS.

J. F. COINDET, AUCTORE.

HISTORIA.

CUM Græci, Romanive auctores nullibi descripserint variolas in suis operibus, concludere licet, illis ignotas fuisse.

Arabes medici, primi istius periculosi morbi historiam tradiderunt. Rhases enumerat opera sacerdotis cujusdam Aaronis, Alexandriæ nati, regnante Mahumete, A. D. 622. sive incipiente prima hegira.

Rhases scripsit 900 annos post Christum natum; accuratam rationem reddit, et progressus, et methodi medendi Variolas. Primus illas divisit

in

in discretas, et in confluentes. Ejus liber versus fuit ex Arabica in Anglicam linguam a Dr Hunt Oxoniæ, eum rogante cel. Mead.

“ Mirum est, et inexplicabile Paulum de Æ-
 “ ginâ, qui eodem tempore eodemque loco cum
 “ Aarone (Ahrun) florebat, ne quidem ver-
 “ bum de Variolis fecisse, medicosque Græcos
 “ antesynesium eas silentio prætermisisse, quum
 “ inter Arabes seculi ab initio septimi earum
 “ historia observantiâ assiduâ semper dignata
 “ sit *.” Et alibi, “ Aaron, qui Variolas tam
 “ copiose descripsit, nihil de earum novitate, lo-
 “ cûsus est, atque equidem auctores Arabici Mas-
 “ sudi, Eln, Doreid, El-Hamisy, et Koran ipsum
 “ unâ ferè voce primam hujus morbi originem
 A. D. 558 anno Mahumetis natu illustri quæ-
 sivere †.”

Friend ‡ opinatus est a quadam orientis parte, hanc pestem ad Arabes transmissam fuisse, quæ ingeniosa opinio confirmata fuit Holvel narratione, in qua ostendit quod, ex
 libris

* Versuch einer Progmatiscken Geshichte der Arzneikunde von Kust, Sprengel, Sweiten, Theil, Halle, 1793. p. 286.

† Kust, Sprengel, opera citato, p. 289.

‡ Vide Friend Hist. Med.

libris a Gentoos editis 3366 annis præteritis, constat illos, regnante epidemico quodam morbo, divinis honoribus coluisse quamdam fæminam, sub nomine *Deæ Macularum*. Hoc corroboratur simili praxi in ratione mendendi inter Braminos Indostan, et Arabes.

E Saracenorum castris, sæviente bello quod sacrum vocant, (jam satis enim constat mentes hominum epidemicis morbis non minus obnoxias esse quam corpora), ad illa Christianorum advectæ sunt Variolæ, et exinde serius ocus, omnes gentes Europæ invaserunt, pro commercio majori minorive, quod inter sese habebant. Tunc ut videtur vergente decimo tertio seculo, introductæ fuerunt Variolæ in Angliam; saltem Johannes Gaddeston, istius temporis medicus, illas enumerat, inter morbos Angliæ vulgares. Ex hoc tempore pauca didicimus donec usque ad medium ultimi seculi, medici illas majori cura observaverunt.

Sydenham tunc temporis optimam illarum descriptionem dedit. Antiphlogistico regimine,
phlogistico

phlogistico usque tunc adhibito, usus est, suum commodum pro publico spernans.

DEFINITIO.

Cullen nosologorum princeps Variolas sic definit.

Synocha contagiosa cum vomitu, et ex epigastrio presso, dolore. Tertio die incipit, et quinto finitur eruptio papularum phlegmonodearum, quæ spatio octo dierum, in suppurationem, et in crustas demum abeunt, sæpe cicatrices depressas, sive foveolas in cute relinquentes.

Medici in varias species diviserunt Variolas. Sic pro forma pustularum dicuntur, *discretæ*, *corymbosæ*, *confluentes*, *cuspidatæ*, *miliares*, *siliquosæ*.

Pro materie in pustulis reperta, *purulentæ*, *lymphaticæ seu crystallinæ*, *verrucosæ*, *sanguineæ*, *petechiales*. Respectu periculi et decursus, *benignæ et malignæ*, *regulares et irregulares*, *naturales*, et *insitivæ*.

Rhases primus Variolas divisit in discretas, et
confluentes :

confluentes : hujus exemplum secutus est Cullen. * sequentibus verbis.

Discreta Variola paucis pustulis, discretis, circumscriptione circularibus, turgidis, febre, eruptione facta, protinus cessante.

Confluens Variola pustulis numerosis, confluentibus, circumscriptione irregularibus, flaccidis, parum elevatis, febre post eruptionem perstante.

HISTORIA MEDICA.

FERE nulli dantur morbi adeo frequentes ac Variolæ, cum ex centum, vix quatuor, vel quinque intacti evadunt. Septima pars horum qui naturali modo ab illis oppugnantur, pereunt. Multo major est numerus horum qui corripuntur Variolis, dum infantes, quam cum ad proVectiorem ætatem pervenerint. Qui illas effugerunt dum impuberes, tandem virili senilive ætate fere semper illis corripuntur.

Quidam medici quatuor enumerant stadia, nempe febrem, eruptionem, maturationem, et desquamationem :

* Cullen. Synop. Nofol. Method. tom. ii. gen. xxvi.

desquamationem : sed quidam tria tantum, febrim et eruptionem pro uno habentes, sub nomine, *febris eruptionis*.

Quidquid sit, sequenti modo sese ostendunt symptomata discretarum Variolarum.

Tribus diebus, *i. e.* 72 horis ante pustularum eruptionem æger meridie corripitur languore, lassitudine, quæ cito sequuntur horror, sitis, nausea, et vomitus. Epigastrio presso, dolor acutus sentitur. Tertio die noctem versus, hæc symptomata augentur. Pulsus fit solito celerior, cephalalgia, stupor, nonnunquam delirium ad-
sunt.

Infantes epilepsiæ paroxismis duobus vel tribus corripuntur, adulti sudoribus, eodem tempore, adest dolor in lumbis, in præcordiis cum anxietate.

Exeunte tertio die, in facie apparent pustulæ parvæ, rubræ, sicut pulicum morsiunculæ; dein in collo, pectore et exinde in varias corporis partes diffunduntur; istæ pustulæ cito eminentes fiunt, et asperæ tactu sentiuntur; circa sextum diem circumdantur rubicundo circulo,

circulo, et si pustulæ sint numerosæ, hoc cuti dat ruborem, quem Sydenham, damascenam rosam referre putat.

Circa sextum diem parvæ vesiculæ apparent ad summitatem pustularum, repletæ liquore fere limpido, et augentur mole per duos vel tres dies. Hoc tempore raucedo cum angina oriuntur, et tenuis liquor ex ore fluit, qui versus finem morbi adeo viscidus fit, ut cum difficultate excreetur. Nonnunquam adest sorbendi difficultas, ita ut quod ab ore recipitur, per nares sæpe rejiciatur: ista signa faciei tumore comitantur, et cum illo evanescunt.

Huc usque pustulæ concavæ erant, sed octavo die in sphæroideas vesiculas tolluntur.

Eodem die, si magna vesicularum quantitas faciei adsit, facies tumefit præsertim palpebræ, quæ omnino oculum claudunt. Usque ad undecimum diem pustulæ augentur mole, tunc fluidum in illis contentum albidum fit, pelluciditatem amittit, et citò ad luteum vertuntur. Nunc pustulæ maturæ sunt, tumefacta facies pristinam recuperat formam.

Pustulæ faciei nunc rubræ, tandem fuscæ vertuntur citò rumpuntur, quod pariter in aliis corporis partibus successivè evenit.

Pars materiei contentæ effluit, et pars remanet, exsiccaturque, pustulæ convexitatem amittunt, in squamulas cadunt.

Cutis infra pustulas rubra remanet, nisi que post multas hebdomadas colorem pristinum recuperat.

Undecimo die cum pustulæ numerosæ in facie adsunt, febris secundaria dicta oritur, nec cessat donec pustulæ in squamulas abierunt. In casibus faustis discretarum Variolarum, febris eruptionis vel est fere nulla, vel synocha. Quo plus ad typhum vergit, eo periculosior morbus.

Quum facies tumescere desierit, tumescunt manus, moxque etiam pedes.

CONFLUENTES VARIOLÆ.

OMNIA symptomata ab initio sunt graviora, et majus periculum per omnem decursum illas comitatur.

Corripiuntur

Corripiuntur infantes ab initio convulsionibus quæ illas e medio tollunt, sæpe ante eruptionem, sæpius tamen ut censet Sydenham incipientibus discretis quam confluentibus Variolis observantur epileptici paroxismi, sed in hoc casu unus vel duo tantum adsunt, faustamque prognosin reddunt.

In confluentibus Variolis, eruptio ante tertium diem apparet. Sydenham dicit, quo maturior eruptio, eo magis vero simile confluentes evasuras esse Variolas; tamen addit, quod cum adsunt inflammationes topicæ et graves, sicut pectoris vel lumborum, eruptio remoratur per tres quatuorve dies.

Numerosiores sunt pustulæ in facie, multo magis exiguæ vesiculæ in superficie citius apparent. Pustulæ circularem formam non servant, irregulares vadentes, cunctæque concurrentes in facie unam quasi vesiculam formant: pustulæ non feliciter tument.

Non rubra sunt interstitia, sed lurida, et flaccida. In confluentibus variolis fluidum pustulorum etiamsi non sit pellucidum sed subflavum,

B suballidumque

suballidumque, tamen nunquam ad maturitatem ut in discretis Variolis, pustularum desquamatione per longum tempus remanente foveolæ relinquuntur.

Salivatio copiosior est quam in discretis, et aliquando adeo acris ut os faucesque rodat.

Infantibus vice salivationis urget diarrhœa quæ interdum in discretis adest.

Febris præsertim secundaria est typhus, fere semper ab initio adsunt somnolentia, anxietas in præcordiis, nausea, et vomitus, gravis est febris ante eruptionem, sed majori vi aggreditur circiter sextum, septimumve diem, nec cessat nisi desquamatione finita.

Sæpe secundariam febrem commitantur signa putredinis, ut dejectiones fœtidæ, lingua et fauces sunt atræ, aridæ, magnaue debilitas adest.

Alia gravia symptomata per diversa morbi stadia ægrum urgent, magnum que periculum minitantia, ut petechiæ, dysuria, ischuria, hæmaturia, aliæque hæmorrhagiæ. Mors nonnunquam

nunquam die undecimo evenit, Variolis, ut dixit Sydenham.

SEDES PUSTULORUM.

AN viscera, vel aliæ partes Variolosis pustulis afficiuntur, nec ne? Hæc est questio quæ litem inter medicos per longum tempus excitavit, etiamsi primo intuitu non difficile responsum videatur.

Lieutaud dixit pustulas repertas fuisse in ventriculo vel in intestinis illorum qui hoc morbo perierunt.

Cotunnus, et Tissot hoc negant. Primus per 40 cadaverum sectiones institutas hoc præcipue cognoscendi causa nunquam vidit pustulas ultra internas fauces diffusas. Equidem in paucis exemplis interna membrana qua oblineatur trachæa illis onerata fuit usque ad bronchia, sed œsophago nullæ adfuerunt.

De Haen opinatus est pustulas evanescere citius ex partibus humidis, sicut linguâ, faucibus, palato, liberari ab illis die, nono, decimo, vel

undecimo ; igitur si cadaverum sectiones non ante hoc tempus instituantur reperiri non possunt.

Nihilominus observandum est quod ex perviis tunicis tubi intestinalis, et ex eo quod semper madesunt muco, non est propria sedes ut ubi appareant Variolæ.

Si quoque eruptio fieret in partibus internis, et transiret per tria stadia, symptomata vehementiora, et periculosiora orirentur : Hoc tamen non evenit.

Sedes pustularum est in superficie externa cutis veræ.

DIAGNOSIS.

Ante eruptionem nullo modo dignosci possunt Variolæ a quibusdam aliis morbis inter exanthemata collocatis synocha pariter incipientibus. Apparente eruptione, dubium omnino evanescit.

Medicus noscere debet quinam morbi epidemici, tunc temporis per populum grassantur; num

æger

æger contagioni fuerit objectus, quibusve morbis antea laboraverat, &c.

Quidam auctores tamen, ut pathognomonica symptomata, pedum, manuumque frigus, dolores in epigastrio presso, et convulsiones dentitione finita, proposuerunt. Tres dantur morbi, pro quibus haberi possint Variolæ, nempe morbilli, erysipelas, sed præsertim Varicellæ.

Variolæ a morbillis ante eruptionem difficulter distinguuntur, præsertim si confluentes evasuræ sint: Tamen idonea observatione adhibita videbitur quod epiphora, tussis, et sternutatio sunt comites morbillorum, in Variolis autem absunt.

Cum erysipelate, hic major adest rubor quam in Variolis, incipit primo in quadam faciei parte, pressu evanescit, et quoque hic rubor non latum occupat spatium, sed gradatim extenditur per alias faciei partes, illas deserens quas primò occupaverat. Hoc certe multum differt ab hac efflorescentia, quæ in Variolis confluentibus apparet in facie, collo, et pectore,

pectore, et nonnunquam totum corpus pervadit, quod evenit finiente secundo vel incipiente tertio die, ex illa oriuntur pustulæ.

Pro Varicellis, Variolæ haberi possunt; sed in Varicellis ubi pessima signa adsunt pustulæ per totam faciem, corpusve non ad 300 numerum adsunt: insuper eruptionis febris fere nulla est, sed potius est sensus anxietatis, cibi que fastidium per biduum, triduumve, secundo, tertiove die eruptione terminata, vesiculæ aquæ repletæ apparent, quinto die in furfuraceas squamulas abeuntes, absque suppuratione.

His symptomatibus, sedula attentione data, medicus difficulter decipi potest.

PROGNOSIS

DEDUCENDA ex ætate ægroti, tempestate anni, morbo epidemico tunc regnante, forma et numero pustularum, symptomatibusque febrem concomitantibus.

Quoad ætatem, eo junior æger, eo felicior prognosis, præcipue si prima dentitio sit præ-

terita

terita. Adulti majori periculo objiciuntur propter cutis rigiditatem, quo fit, ut Variolosa sanies, non liberum exitum habeat, et præcipue quia hoc tempore, febris tum synocha, tum typhus magis periculosa sit.

Quo major eruptio faciei, eo majus periculum, ita ut Sydenham ex hoc præcipuam prognoseos partem deducat.

Pro tempestate anni, Sydenham observavit multo majorem esse numerum horum, qui victimæ cadunt Variolis autumnò quam vere; quod forsàn pendet ex eo quod febris secundaria, propter putredinem fluidorum, libentiùs appareat sub forma typhi, quàm synochæ.

Confluentes Variolas expectes oportet, si eruptio fiat secundo, vel incipiente tertio die.

Si tempore invasionis æger corripiatur gravibus symptomatibus, præcipue si oculi sint micantes *, celeres, si dolores lateris, lumborum adsint, cum dyspnœa, tussi, doloribus nausea, frequentique vomitu.

In

In infantibus convulsiones, quæ si per se ipsas non lethales, tamen adeo debilitant ægrum, ut resistere nequeat Variolis, sed si epileptici paroxismi duo tantum vel tres adsunt, felix est prognosis.

Febre non remittente, eruptione exorta, manuum intumescencia non succedente illam faciei, vel pedum illam manuum, hoc malum symptoma.

Aliquando Variolas sēptimo, oētavo, undecimove die ab eruptione, magnum comitatur periculum, tunc temporis accessio febris secundariæ rigoribus insignitur, qui si gravidis mulieribus contingunt, abortionem producunt.

In pessimis casibus, adsunt cadaverosus fætor, petechiæ, vibices, urina sanguinolenta, vel saltem fusca, pustulæ bene repletæ propter vim vitæ minutam, vel propter typhum, sanguinea atra stereora, quæ gangrenam in intestinis adesse prænuntiant, et inane desiderium urinam reddendi perpetuum. Subito subsidet faciei tumor, subito salivatio terminatur, pustulæ

læ flavidæ fiunt, interstitia pallida, lurida, cinæritia, rigor, animi deliquium, tremor, subsultus tendinum, et mors superveniunt.

Talia sunt symptomata quæ, quo magis sunt secum conjuncta, eo majus periculum, et infau-
stam prognosin indicant.

CAUSÆ VARIOLARUM.

QUOMODO Variolarum contagio in fluida agit? Cel. Cullen dixit, illam agere excitando fermentationem in fluida humani corporis; nempe videtur, partem in sanguinem introduc-
tam, calorem, humiditatemque reperientem, ibi effectus fermentationis producere, post cer-
tum tempus, quasi spumam sub forma pustula-
rum rejicientem.

Hæc est hypothesis ex falsâ analogiâ deducta. Quis enim ostenderit sanguinem subditum fuisse iisdem mutationibus ac corpora fermentationi objecta? Num talis mutatio, qualis saltem cog-
noscitur in fermentatione, oritur in sanguine? Pustulæ, quidem, producuntur actione Vario-

losæ contagionis, sed hoc non satis est cur credamus talem effectum oriri a fermentatione, cum pus non sit contagio.

Variolæ sunt epidemicæ, etiamsi aliquando sporadicæ. Ex specifica contagione oriuntur. Apparent circa æquinoxium vernum crescentes per æstatem, et autumnum, discutunturque frigore hyemis. Cum Variolæ violentes evasuræ sunt circiter Januarium mensem apparent. Non constanter epidemicæ adsunt, non semper connectuntur cum calida tempestate, sed epidemicæ adsunt per varias anni tempestates. Van Swieten illas sævientes Vindeboniæ per quindecim menses ostendit; quoddam ignotum ab aëre pendens, illas vel mites, vel periculosas reddit. Variolæ ex specifica contagione oriuntur, et in hoc ab aliis contagionibus differunt quod semel tantum corpus humanum, illis obijciatur.

In quibusdam familiis, quosdam invenimus individuos, qui Variolis nunquam corripuntur, talis erat DIEMEMBROEK. ODIER, medicus fide dignus, narrat familiam totam vidisse quæ hoc morbo

morbo nunquam laboraverat. E contra in quibusdam aliis læthales eveniunt fere omnibus individuis, sic ut in exemplo Dr WALKER, quo didicimus, quod quinque perierunt naturalibus Variolis, sed cum parentes insertionem Variolarum adhibuissent in sexto, et ultimo natorum, omnibus auxiliis frustra adhibitis, vitam amisit. Nisi adsit in corpore proclivitas quædam, Variolæ non apparent, quod probatur exemplo horum qui curam subministrant ægrotis, vel medicorum, qui raro hoc morbo corripiuntur, etiamsi illi objiciantur: quoque non desunt exempla in quibus nonnulli de industriâ sese contagioni exposuerunt, sed frustra; tamen paucis annis elapsis morbo correpti sunt absque evidente contagione. In auctore supra citato, hoc optime illustratur exemplo istius mulieris nutrientis alumnum suum. Ille Variolis discretis laborabat, feliciter convaluit, mater per totius morbi decursum illum aluit, nec morbo correpta fuit; (nunquam prius Variolis laboraverat). Duobus annis elapsis, Londinum venit,

ibi Variolæ confluentes eam invaserunt, et difficulter vitam servavit.

Specifica est contagio, cujus varietates non pendent ab diversa contagionis specie, nam eadem Varietates omnes excitat. Hoc pendere videtur a peculiari corporis habitu, quo contagio, majorem, minoremve adipiscitur virulentiam. Dantur exempla insitionis Variolarum, cum materie deducta ex cadavere, confluentibus Variolis oppresso, tamen discretæ et faustæ Variolæ sese ostenderunt.

Contagiosæ evadunt Variolæ, secundo, tertiove die tantum post eruptionem, sed morbilli eruptione incipiente tabem spargunt*.

Hoc peculiare sibi habet hæc contagio, nempe quod infantes cum signis Variolarum nati sunt. Primus, ni fallor, Mead, exemplum tradidit, fœtum in utero, Variolis laboravisse, matre curam dante cuidam hoc morbo ægrotanti, cum ipsa jam pridem hoc morbo subjecta fuisset, et igitur illo affici iterum nequibat. Diversum ab hoc nunnunquam evenit.

Mater

* Trotter Med. Nautic.

Mater Variolis laborat, dum foetus nec ab illis corripitur, nec injuriam patitur.

Nuper ista accurate probata sunt experimentis a Dr Pearson institutis *.

Hoc est, ut mihi videtur, unicum exemplum contagionis, foetum in utero afficientis, quod indicaret transmitti posse per corpus vivum, contagionem, noxia potestate sua non fracta.

J. Hunter rogat †, Anne insitio exoptatas Variolas non producens, visque contagioni resistendi, oriuntur ex eo quod tunc temporis alius praesens sit morbus, et ideo corpus duas actiones simul agentes pati nequeat? Anne quoque varium intervallum ab applicata contagione usque ad morbi ortum ex hac causa oriatur? Res ita se habere demonstrat exemplo pueri, in hunc morbum incisione inducti. Inflammatio circa insitionem apparuit, sed morbilli advenientes Variolas sisterunt, cursum suum peregerunt, his finitis, variolæ iterum apparuerunt. Varia stadia perlustrantes felicem exitum habuerunt.

Aliud

* Hunter on Ven. Dif.

† Dr Duncan Med. Com. 1794.

Aliud exemplum reperitur in Com. Med. supra cit. quod Dr Manget vir, experientiæ insignis, clariss. Duncan transmisit.

Talia exempla plusquam semel recordantur, sat superque probant, duos morbos habitum totius corporis primario afficientes, simul existere nequire.

METHODUS MEDENDI.

IN faustis casibus discretarum Variolarum, fere nulla requiruntur remedia. Eventus pendet a statu febris tum eruptionis, tum secundariae. Eruptionis febris compescenda est antiphlogistico regimine, laxa alvus servanda est, sed quod præcipue animadvertendum est propter summum beneficium, est frigus rite applicatum, quo fit ut minus copiosa fit eruptio.

Per longum tempus medici summâ curâ calorem quam maximum adhibuerunt, opinantes se tali methodo, propellere eruptionem ab internis ad externas partes. Sydenham primus hoc regimen emendavit.

requiruntur

Requiruntur medicamenta præsertim in confluentibus Variolis

EMETICA

ERUPTIONEM promovent, fluida corporis ad externas partes corporis propellendo ; quidam auctores illa præscribunt ineunte pyrexia, vel septimo die ab eruptione facta. Huxham illa plurimum laudat in casibus ubi pustulæ non regulariter erumpunt, sed conditæ jacent sub cute, vix ulla eminentia, vel colore præditæ.

GARGARISMATA

ALICQUANDO emollientia, aliquando stimulantia adhibentur, cum ingente faucium tumore, devorandique difficultate. Utilia quoque si salivatio adeo viscida sit, ut difficile expectoretur, vel suffocationem minetur.

EPISPASTICA

INSERVIUNT cum periculum adest, ne fauces, lingua naresve internæ pustulis nimis afficiantur : si tempestive admoveantur, asperitas faucium,
tussis

tussis, mucus narium acris levantur. Nonnunquam ab initio talis adest salivatio, ut cutis, linguæ, faucium, nariumque rodatur, tantumque dolorem excitat, ut æger neque dormire, neque sorbere valeat. In hoc casu, Epispastica pone aures prorsus applicanda sunt.

FOMENTA CALIDA.

CUM in confluentibus Variolis periculum pendeat ex tumore, et numero pustularum faciei, cum successu fomenta extremitatibus applicantur, quo fit, ut ibi augeantur sed alibi imminuantur. Huxham pediluvium commendat bis vel ter de die, vel ante, vel apparente eruptione.

Rhases ægrotum in balneo vaporis expositum commendat quippe quod favet eruptioni.

Eruptio repulsa fotu revocatur.

Si quoque febris augeatur, irregulariter sese ostendat eruptio, tunc balneum calidum parti applicatum vel toto corpori utile est.

SANGUINIS DETRACTIO

CAUTE adhibenda est. Eruptionis febris est synocha, vel typhus, secundaria fere semper typhus

typhus est, ex inde nimia sanguinis detractio, debilitatem inducit quæ dubium exitum reddit. Robusto plenoque habitu, si pulsus sit durus, validus et plenus, calor major, respiratio difficilis, rubor oculorum, phrenitis, vel alia topica inflammatio, sanguinis detractio tunc perficienda est. Huxham venas in pede secuit. Aliquando dixit, robusti, plenique, animum demissum fieri, cum summa debilitate, et pulsu oppresso, et obscuro: statim ac Variolis corripuntur, ibi modica detractio utilis; sed est læthalis cum typhus adest, nec absque periculo fit in debilibus, et in illis qui nimia irritabilitate gaudent.

LAXANTIA

UTILIA sunt in iisdem casibus in quibus venæ sectio prodest, et multò tutiora. Si nimis tarda sit alvus, laxantia clysmata pro re nata administranda sunt. Alvus leniter laxa servanda est. Sæculo præterito crediderunt medici, ex Arabum methodo, quod per quatuordecim dies ab omni evacuatione abstinendum erat. Sy-

denham primus, ut supra dixi, salutarem praxim nunc secutam, introduxit. Friend in partes nimis diversas abiit.

Duce Boerhaave crediderunt, utiliora medicamenta ex mercurio præparari, opinantes majores habere effectus mercurium levando vim morbi, quam ulla alia purgantia; sed nunc aliud quodvis purgans æquè prodesse credunt medici.

OPIUM.

PER longum tempus de illius usu dissenserunt medici. Tissot et Sympson illud improbant.


E contra omnes fere medici Sydenham duce, illud perutile putant. Sydenham illud adhibuit, cum diarrhæa, vel dilirium, vomitusve periculum prænuntiant. Parvis dosibus incipiendum est, gradatim illas augendo, donec symptomata pacata fuerunt. Opium secundum illum dandum est finiente sexto die usque ad decimum septimum diem, donec æger periculo liberetur. Præcipue est utile, superveniente febre secundaria,

ria,

ria, cum irritatio ex pustulis tam numerosis oriens somnum arcet. Utile etiam cum diarrhæa nimis urget. Sed caute infantibus administrandum est, qui tali fluxu multum sublevantur. Nihil ominùs observari licet nocere opium, phlogistica diathesi adstante, sed e contra ubi signa putredinis sese indicant, vel cum pustulæ non ritè implentur, tunc opium desideratur.

Vinum, et cortex Peruvianus prosunt ubicumque typhus oritur, et cæteris paribus, eodemque modo, ac in illa febre administrantur. Mead et Monro primi hæc meritis laudibus commendaverunt. Dantur quam citò post eruptionem, quo Variolæ maturentur quam optimè. Alvo adstricta, abdomine duro et tumido, caute, si omnino, adhibenda sunt.

Diæta ex rebus facilibus concoctu constare debet, præcipue ex frugibus et antisepticis; potus largus, nec acida omittenda sunt. Mundities est magni momenti.



in quibusdam hinc et inde experimentis
 observatum. Utile estiam cum distilla-
 tis utget. Sed caute infansus administranda
 est, quibus illi hanc methodum suspensam. Illi
 omnia observari sicut nocere opium phlogis-
 ta distillata dicitur, sed e contra ubi signa
 medicina esse indicant, vel cum gustus non sit
 insipidus, tunc opium desideratur. In
 Vinum, et cortex Balastris propter ubi
 eundem spiritus orientis, et cortex parvos, co-
 demque modo, ac in illa febre administrantur.
 Mela, et Menta quibusdam morbis insidens
 commendantur. Hanc quoniam eis per
 eruptionem, quo Variolis insistentur, quam op-
 timum. Alia dicitur, ab omni dicitur et insi-
 de, caute, et omnia, adhibenda sunt.
 Dicitur et tunc R. illius cordis consistit
 debet, propter ea singulis et antispasmodicis; po-
 tius largus, nec solum emittenda sunt. In aliis
 est magni momenti.

In nomine Domini Amen
 Anno Domini 1711